

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1494 usque ad annum 1507

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1769**

**VD18 90118448**

§. 82. Cardinalis de Mendoza Archiepiscopi Tolentani extrema.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67025](#)

Sæcul. XV dunensibus anno Domini quingentesimo  
A.C. 1495. tertio supra millesimum excusa prostant.  
 Sepultus est Lugduni in monasterio Ordinis sui, ac legitur in ejus epitaphio duobus versibus latinis scripto, quod a tempore D. Pauli Praedicator eloquenter magis celebris in orbe non fuerit. Id fors contigit ex eo, quod illi, qui hosce versus scriperant, eo celebriorem ignorassent, vel quod tanto encomio Ordinis sui gloriam extollere nimium studiosi essent.

§. LXXXII.  
*Cardinalis de Mendoza Archiepiscopi  
 Toletani extrema.*

*Aubery hist.* *Card.* *Onuph. Ciac.* *Mariana.* **H**oc anno in facro Cardinalium collegio vacuam sedem reliquit Cardinalis de Mendoza Archiepiscopus Tolestanus, qui tunc extremum vitæ diem obiit. Is anno salutis millesimo quadragesimo vigesimo octavo tertia Maji primam lucem aspexit, Innici Lopez Marchionis de Santigliana, & Catharinæ de Figuera Filius: cum vero scientiarum laude, jurisprudentia civili, & canonica, nec non aliis liberalibus artibus nemini coævorum cederet, hinc Alvarelius ejusdem Patruus, Toleti Archiepiscopus Nepotis sui meritis permotus, illum Ecclesiæ suæ Archidiaconom nominavit

navit, atque ad aulam Joannis II. Castel-  
læ Regis ablegavit, cuius favore Cala-  
curitanus Episcopus nominatus est: Por-  
ro Henricus IV. Joannis II. Successor  
cum illo gravissima regni negotia parti-  
tus est, ac Seguntino Episcopatu auctum,  
Sixtus IV. ad instantissimas Regis preces  
purpura condecoravit anno Domini mil-  
lesimo quadringentesimo septuagesimo  
tertio. Idem Henricus, qui anno se-  
quenti fatis cessit, postremæ suæ volun-  
tatis executorem Mendozam scripsit;  
hic demum sacro Collegio adscriptus,  
vulgo Cardinalis Hispaniæ nuncupaba-  
tur, ac plurima, eaque insignia præsti-  
tit obsequia Ferdinando atque Isabellæ,  
dum illi contra Lusitaniæ Regem bellum  
gererent, ac Granatæ regnum Mauris  
eriperent. Denique Hispalensis, ac po-  
stea Toletanus Archiepiscopus renuncia-  
tus est, quam Ecclesiam, cum mira pru-  
dentiae & sapientiæ laude rexisset, in-  
eunte hoc anno undecima Januarii die  
ex hac vita migravit.)

§. LXXXIII.

Ximenius a Castellæ Regina ad To-  
letanam Sedem nominatus.

Mendoza vivis erepto, ingentes exorti  
sunt tumultus, cum omnes Castel-  
læ Proceres quemdam ex familia sua

H 5

pro-

Sæcul XV.  
A.C. 1495.